 nonaginta. additis in ip̄o m̄o duobus
 milibus trecentis diebz. de q̄bus supra
 diximus. p̄sarūqz et macedonū et ce
 sarū tpa in hīs ebdoas emiare conat̄.
 cū iuxta diligentissimā supputationē
 a p̄mo āno cyri regis p̄sarū atqz
 medorū in quo impavit darus usqz

ad vespasiani et eiusione templi si putat
 an sexcenti triginta **O**rigenes cu ipso
 fuisse hoc caplm idem hortatus est nos
 ut gramus qd no intelligim. Et quia
 locu no habebat allegoria in q libera
 est disputatio. hystorie veritate conclusus
 hec in decimo stromatu volume bunt
 anotaunt. **S**tudiosius requirenda sunt
 tpa a pmo ano darij filij assueri usq
 ad aduentu xpi. qd am sint. et que in
 eis gesta dunt. et videndu an ea possi
 aduetui dm coaptare **T**ertullianus
 qd dixit ex libro eius que cona iudeos
 scripsit. nosse poterim. cuius bunt uerba
 ponenda sut. **V**n igit ondm qz venit
 xpūs mē seragita duas ebdōdas mēmus
 a pmo ano darij qm ipō tpe ondm
 danieli visio ipā. **D**icit em ei. **I**ntellige
 et comice a pphetatōe smonis rādē me
 tibi hec. **V**n a pmo ano darij debemus
 cōputare qm hanc vidit visione daniel.
Videamus quō am impletur usq ad ad
 uentū xpi. **D**arius regit am decem et

noue. artaxerxes q̄draginta. hucusq̄ et
 cyrus ānis viginti quatuor. argus āno vno.
 alius darius qui et melas notatus est.
 ānis viginti vno. alexander macedo. du
 odecim. deinde post alexandru qui et me
 dis et psis impauit. q̄s deuicerat et in
 alexandria regnū suū firmauēat. qm̄
 noīe suo eā appellauit. Post eū regnat
 illic in alexandria soter ānos triginta
 quinq̄. cui successit philadelphus ānis tri
 ginta octo. post hūc euergetes regnauit
 ānis viginti quinq̄. deinde philopator ānis
 decē et septē. post her ephiphanes annis
 viginti quatuor. Soter ānis triginta octo. ptho
 lomeus ānis triginta septē. cleopatra an
 nis viginti mēsibus quinq̄. Itē cleopatra
 cōregnauit augusto ānis tredecim. post
 cleopatram augustus alijs ānis q̄draginta
 tribus imperauit. nā oēs āni ip̄ciū augusti
 fuerūt mō quinquaginta sex. Videmus autē
 qm̄ in q̄dragesimo et primo āno imperij augusti
 qui post mortē cleopatre impauit. nascit̄
 xp̄us. et signū ē idē augustus ex q̄ natus

est xp̄us ānos n̄os quidec̄i. Et erūt r̄liqua
 t̄pa ānorū in die n̄at̄itatis xp̄i in annū q̄
 dragesimū primū post mortē cleopatre
 ām̄ quadringētū triginta septē m̄ses q̄lq̄.
 Vñ adūpletur sexaginta due ebdomades et
 dimidia que efficiūt ānos q̄dringentos
 t̄gita septē m̄ses sex in diē n̄at̄itatis xp̄i
Et manifestata iusticia et̄na. et unct̄y
ē sc̄us sc̄orū. idē xp̄us. et signata ē visio
et p̄phetia. et dimissa sūt p̄cc̄a q̄ p̄ fide
xp̄i oib̄us in eū credentib̄ t̄buūt. Quid est
autē qd̄ dicit siḡre visū et p̄phetiā. Qm̄
oēs p̄phete m̄tiabat de ip̄o. q̄ eēt vētur̄
et q̄ pati haberet. Ignit̄ qm̄ adūpleta est
p̄phetia per aduentū eius. p̄t̄ea signare
visionē et p̄phetiā dicebat. Et qm̄ ip̄se ē
siḡculū om̄iū p̄ph̄arū adūplens oīa que de
eo retro p̄phete m̄tiabat. post passionē
aduentū et eius tā nō visio neq̄ p̄phetia
que xp̄m̄ m̄tiēt eē venturū. Et post
paululū. Videmus inq̄t alie sex et di
midia ebdomades que sūt subdivise in
abst̄ione p̄orū ebdomadarū. in q̄ actu

sunt implete. Post augustū em q̄ sup
iuxit post natitatē xpi am̄ quideñ effi
ciūt. cui successit tyberius cesar et ipe
rui habuit am̄s viginti duobꝫ mēsis
septē. diebus viginti octo. Huiꝫ quidē
āno iperij baptizatꝫ xp̄us. ānos habet
q̄si tēgintatres cū pateret. Ite gnaus
cesar qui et caligula am̄s tibus mēsis
octo diebus tēdecim. nero am̄s quōrōdē
mēsis nouē. diebus tēdecim. Galba
mensibꝫ septē. diebus viginti. Otto mē
sibus tibus diebus quinqꝫ. Vitellius mē
sibus octo. diebꝫ viginti octo. Vespasianꝫ
āno p̄mo iperij sui debellauit iudeos.
et fuit am̄ m̄o quāq̄ginta duo menses
sex. Nā impauit am̄s videri atqꝫ ita
in diē sue expugnationis iudei impleuerūt
ebdōdas septuaginta p̄dcañs a dāmele.
Hec t̄ullianus. Iudei q̄d de hoc loco
sentiant breui sermone p̄str̄m̄. fide
dictorū h̄ys a quibus dicta sūt deliquēs
Dicamꝫ igitꝫ perfracticos ut sensus
manifestor fiat. O daniel scito. qꝫ a

die qua tibi nunc loquor. erat annus primus
 dary qui occidit balthasar et regnum cal
 deorum in psas medosq; traxit usq; ad
 septuagesimam annorum ebdomade. hoc est annos
 quingentos nonaginta. hec populo tuo per
 ptes accidit. Primum precabitur tibi deus
 que nunc magnopere deprecaris et delebitur
 peccatum et finis accipiet per uariationem. Nunc
 enim in urbe deserta et templo usq; ad fundamenta
 destructo. in luctu est populus constitutus.
 sed non post grande tempus instaurabitur.
 Et non solum hoc fiet in his septuaginta
 ebdomadibus ut edificetur ciuitas et templum istaur
 retur. sed nascetur christus. ad iustitiam sem
 piterna et signabitur visio ac prophetia. ut nequaquam
 propheta inueniat in israhel. et ungetur sanctus
 sanctorum. de quo in psalterio legitur. propterea
 unxit te deus deus tuus oleo exultati
 onis pre consortibus tuis. Qui et in alio
 loco dicit de se. facti estote. quia ego sanctus
 sum. Scito igitur quoniam a die hac qua tibi nunc
 loquor et dei sermone permittitur. quod reuer
 tatur populus et iherusalem instauretur usq; ad

xpm duce. et ppetua desolatione tēpli
 ebdomades inuent sexaginta due. nō
 et alie septē ebdomades. in qbus iuxta
 ordmē suū due res fient. de qbus et
 ite iā dixi. qz iūtat pplus et edificet
 platea a neemia et esdra. In fine ergo
 ebdoarū cōplebit dei smā in āgustia
 tpm. qn rursū destruet tēplū et capi
 etia citas. Nā post sexaginta duas ebdo
 madas occidet xpus. et nō erit eius
 pplus. q eū negaturus ē. siue ut illi
 dicūt. nō se retēturū. Et qd dico de
 xpō occidendo et ppo penitq. descedo
 auxilio dei. cū et scūarū et ciuitate disti
 paturus sit pplus romanū cū duce vto
 vespasiano. Quo mortuo. tñ factis septē
 ebdo dibus. idz ānis qdraginta nouē
 helius adriani a quo postea de ruinis
 ihrlm vrbs helia condita ē. rebellātes
 iudeos cyno rufo mgro exitus pug
 nate supant. et tūc defecit hostia et
 sacrificiū. et usqz ad cōsumationē mudi
 et finē pseuerabit desolatio. Nec vos

inquit moneat. q̄ p̄mū nūent² septē
 ebdomades et postea sexaginta due
 et rursū vna q̄ in duas ptes diuidit.
 Est em̄ hoc yd̄io sermonis hebraici.
 et antiquorū sm̄onis latini. vt ate
 minore nūm̄ supputet. et p̄ka maiore
Verbi gr̄a. Nos iuxta p̄rietate lingue
 nūc nūc dicim̄ abrahā vixit annis
 centū sexagintaquē. illi. vixit abrahā
 ānis quē sexaginta et centū. Nō igit̄
 ut legit̄ ita implet̄. sed ut totū p̄t̄
 supputat̄. ita finē accipit. **Nec igno**
ramus quosdā illozū dice. q̄ vna eb
 domas. de qua scriptū est. cōfirmabit
 pactū multis ebdomas vna. diuidat̄
 in vespasiano et adriano. qd̄ iuxta
 historiā iosephi vespasianus et titus
 tibus ānis et sex mēsis pace cū
 iudeis fecerūt. tres at̄ ān et sex
 mēses sub adriano reputet̄. qū ih̄lm̄
 oīno subūsa est. et iudeorū gens ceteruati
 cesa. ita ut iudee q̄ s̄mbus pellerent̄.
Nec loquit̄ hebrei. nō magnozū ciuitates

a p̄mo año dary regis psarū usq; ad
 extremā eūsiōnē iherlīm que sub adamo
 eis accidit siq; putari olympiade cētēsimā
 septuagesimā quartā. idē ānos sex cetos
 nonagita sex qui faciūt ebodas hebicas
 nonaginta nouē et ānos tres. qñ tho
 cebas dux iudeorū oppressus. et iheroso
 līma usq; ad solū diruta est. Capitū x.

Anno tertio cyri regis psarum
 verbū reuelatū est danieli cog
 nomēto balthasar. ¶ Et quō in fine
 p̄me leḡ m̄ visionis fuit an̄ daniel
 usq; ad ānū p̄mū cyri regis. fuisse ergo
 eū apud caldeos in pristina dignitate.
 purpura bissoq; vestitū usq; ad p̄mū
 ānū cyri regis itelligim; qñ subuertit
 caldeos. et postea cepit ēē cū dario filio
 assueri de semine medorū q̄ impauit
 sup̄ regnū chaldeorū. ilut certe iam
 dario mortuo cui; āno p̄mo septua
 gita ebdorū sacmēta cognouēat. nūc
 tertio āno regis cyri hec uidisse nar
 raunt. ¶ Et verū v̄bū et fortitudo maḡ.

Sive dei qui ista feceris. Sive prophete
 q̄ hec intellectus est. **I**n diebus illis ego
 daniel iugebam triū ebdomadū diebus
 panē desiderabile nō comedi. et uino et
 uinū nō itruer ut in os meū. Sed neq̄
 ungento unctus su. donec cōplerētur
 triū ebdomadū dies. **H**oc docemur
 exēplo. tēpe ieiunij cibus delictioribus
 abstinē. q̄ ego puto nūc dicit panem
 desiderabile. nec carnes cōdē n̄. uinū
 bibē. nisiq̄ et ungenta nō q̄iere. qui
 mos apud psas et medos hodieq̄ suat
 ut pro balneis utatur ungentis. Dies at
 iūgit ebdomadis affligens aīam suā. ne
 trāitoria et fortuita uideat. deprecatio
 Sādī magogē vō hoc dicendū. q̄ qui i
 luctu est. et sponsi luget absentia. nō
 comedit panē desiderabile qui de celo
 descendit. neq̄ solidū capit cibus qui i
 telligit in carne. nec uinū bibit qd̄
 letificat cor hoīs. nec exhilaret faciē
 in oleo. iuxta illud qd̄ in psalms legi
 mus. ut exhilaret faciē in oleo. **H**oc

ante ieiunium impet bilis facit lacrimas.
 quoniam sponsus fuit ablati ab eo Fecit quod
 daniel audeat dominum deprecari. quod iam ex parte
 primo anno regis tyri iudeorum fuerat laxata
 captivitas ¶ Etiam iuxta flumen mag-
num qui est tigris ¶ Et ezechiel iuxta
flumen chobar vidit visionem magnam.
 et domino salvatori ac baptiste iohanni
 super fluenta iordanis aperuerunt celi.
 ¶ Et eleuavi oculos meos et vidi ¶
Elevatione opus est oculorum. ut visioez
misticam cernere valeam ¶ Et ecce vir
unicus vestitus lincis ¶ Pro lincis quod
interpretatus est aquila theodoro bad-
dm posuit. septuaginta biffina. aquila
excepta id est propria. Pro eo autem quod nos
iuxta hebraicum vtriusque ecce vir. sym-
machus posuit quasi vir. Non enim vir erat
sed viri habebat similitudinem ¶ Et renes
eius amicti auro obriso ¶ Pro quo in
hebreo legit ophar. quod aquila ita interpretatus
est. et lumbi eius amicti erant
colore ophar ¶ Et corpus ¶ quod resoluti

ali symach

¶ Pro crisolito qui vnus est de duodecim
 lapidibus q̄ ponit̄ in logio pontificis.
 in hebreo habet tharsis. qd̄ theodoro &
 symachus eodē ubo interpretati sūt. lxx.
 vō mare appellauerūt iuxta illud qd̄ in
 psalmis legim̄. in spū uiolēto cofriges
 naues tharsis idē maris. Et ionas fugē
 cupiebat nō in tharsis vrbe cilicie vt
 pleriq̄ estimat lram̄ ponētes pro lra.
 ul̄ indie regione. ut putat iosephus.
 sed absolute in pelagus. **¶** Vidi autē
 ego daniel solus visionē. vni autē q̄
 erant mecum nō viderūt. sed terror
 nimis reuert̄ sup̄ eos et fugerūt in
 absconditū. **¶** Et ap̄lic̄ paulus filiē
 qd̄ in actibus ap̄lorū passus est. ut
 ceteris nō ceruētibz visionē sola sp̄icit̄
¶ Et ecce manus tetigit me. **¶** In hōie
 figura videt̄ angelus et huānā ad p̄phe
 tā iacente mittit manū. ut sui genis
 corpus aspiciens nequaq̄ paveat. **¶**
¶ Et dixit ad me. daniel vni desideriorū
¶ Congruēter vni desideriorū vocatur

qui in ista vita pietati et afflictione corporis
ieiuniorumque ducit in cupit scire futura
et dei secreta cognoscere. Pro uno deside
riorum symachus interpretatus est virum
desiderabile. Omnis enim sanctus habens
in se anime pulchritudine amatur a domino.

¶ Et dixit ad me. Noli timere damel
quod ex die primo quo posuisti cor tuum ad
intelligendum. ut te affligeret. in conspectu
dei tui. exaudita sunt uerba tua. Et ego
ingressus sum ad uerba tua. ¶ Quarta quarta
die mensis primo. id est mensis expletis tribus
ebdomadis. hoc est inquit et uno diebus
terminat hanc visionem. et audit ab angelo
quod ex primo die quo orare cepit et
affligere se in conspectu domini. exaudita sunt
verba eius. Querit si statim exauditus
est. quare non statim ad eum missus est angelus.
Data est ei per moram occasio. quod plus dominum
deprecandi. ut ex eo quod plus desiderat per
laborem plus audire mereatur. Quod autem
ait. et ego ingressus sum ad uerba tua.
hunc habet sensum. postquam tu cepisti bonus

opibus et lacrimis atq; ieiunio dei invocare
 misericordia. ego accepi occasionis ut ingrede-
 rar in cōspicu dei et orare pro te. **¶** **Pri-**
nceps autē psarū regni restitit michi
viginti et vno diebus. **¶** Videt in huc
 angelus & cui psida credita sit iux-
 illud qd in deuteronomio legitur. Quā
 diuidebat altissim⁹ gentes. et disseminabat
 filios adā. Statuit tres gentiū iuxta nu-
 merū angelorū dei. Isti sūt pncipes de-
 quibus paulus apłus loquit. Sapiam loq-
 mur iter pfcos. quā nullus principū
 hui⁹ scđi cognouit. Si em cognouisset
 nūq̄ dñm glē crucifixisset. Restitit
 autē pnceps. id; angelus psarū facies
 pro credita sibi pñcia. ne captiuorū
 ois pplis dimitteretur. Et forsitā cum
 pmo die ex quo posuit cor suū pphā
 ad intelligendū exauditus sit a dño.
 idcirco nō statū missus est angelus
 qui ei dei indulgentiā nūciaret. q̄ viginti
 et vno diebus restitit ei pnceps psarū
 enumerās pctā ppli iudeorū. q̄ iuste

teneret captiuu et dimitti nō deberent

¶ Et ecce michael unus de principib⁹
 primis venit in adiutoriu michi **¶** Resiste
 te psarū angelo p̄tib⁹ tuis. et mee
 legationem qui orōnes tuas offerebā
 deo. venit in adiutoriu michi āgelus
 michael qui p̄est pplō isrl. principes
 at̄ p̄mos. archāgelos intelligimus.

¶ Et ego remansi ibi iuxta regē psarū
 ¶ Regē psarū angeli. idz p̄ncipē vocat.
 et ondit. q̄ iuxta michaelē paululum
 sit moratus. qui cōt̄ psarū p̄ncipē loq̄bat̄

¶ Veni at̄ ut docerē que ventura sūt
 pplō tuo in nouissimis diebus **¶** Quod
 daniel p̄tatus est. hoc a deo meretur
 audire qd̄ futuru sit pplō isrl. non in
 vicino tpe. sed in nouissimis diebus.

idz in cōfirmatione sc̄li **¶** Dnē in visio
 tua cōuersa sūt interiora mea in me

¶ Sic theodotus int̄p̄tatus ē iuxta illud
 qd̄ in ceterisimo sc̄dō psalmo legim⁹ **¶** Nū
 dic aīa mea dn̄m et oīa īteriora mea
 nomē sc̄m eius. Prius em̄ q̄ dī visioz

vidē meremur interiora nra foras aspiciunt
 Cū autē viderimus visionē dei cōuertūt
 in nos interiora nra et toti in illis sumus
 de quibus et alio loco scribit. **Ois gloria et
 filie regis intussecus** ¶ **Cūq; loqret̄ meū
 cōualui. et dixi loqre dñe qz cōfortasti
 me** ¶ Nisi em̄ cōfortasset tactus filij
 qz hōis. et pavor recessit de corde sacmētū
 dei audire nō potat. Et idcirco nūc ait.
 Quia cōfortasti me dñe loqre. Tu enim
 fecisti ut possi et audire et sentire que
 loqris ¶ **Et ait. Nūquid scis qre veneri
 ad te. Et nūc reuertar ut phar adūsū
 pñcipē psarū** ¶ **Qd̄ dicit hoc est. Veni
 qdē ut docerē te. exauditas pces tuas.
 et reūsus sū ut pugne cōt pñcipē psarū
 in conspū dei. qui nō vult pñcipē tuū
 de captiuitate laxari** ¶ **Cū em̄ egredi
 apparuit pñcipē grecorū iij dies** ¶ **Ego
 inqt egrediebar a conspū dei. ut tibi
 nūciare q ventura sūt p̄lō tuo in diebz
 nouissimis. licet adhuc nō sim securus
 stante psarū pñcipe. et cōt̄ dūete tuus**

pabus et mee legationi. Et ecce princeps
 grecoru. id est macedonu veniebat. et in
 gressus est in conspectu dei ut accusaret
 psaru princeps atq; macedoru. ut in locu
 eoru regnu macedonu succederet. Et ruc
 mina sacmenta dei. Lavato em de captivi
 tate plo iudeoru. psaru regnu atq; me
 doru infecto dario subicit alexander
 rex macedonu. et princeps grecoru dicit
 princeps psaru. **¶** Deruptu amirialo tibi
qd' expssu est in septima veritate. **¶** Hic
 ordo est lionis. aduc res in dubio est.
 te em pante dnm et me offerere oroes
 tuas. stat e regione princeps psaru. et non
 vult plm de captivitate lavari. Ego aute
 q' venit princeps grecoru et mteri pugt
 contra princeps psaru habens michaelem
 in adiutorio donet illi inter se duncat
 refera tibi que deus ni futuru pdixerit
 et tibi narada pcepit. Nullus oriat
 scrupulus que pro princeps macedonu
 princeps grecoru dixerit. hoc est elianon.
 alexander em rex macedonu primum

subiecta greca et subiecta patri sue in psas
 arma corripuit. **E**t nemo est adiutor meus
 in omnibus hijs nisi michael princeps vester.
Ego enim sum angelus ille qui offero deo
 orationes tuas. et nullus est alius qui adiutor
 sit meus rogando pro vobis deum. nisi michael
 archangelus. cui creditus est plus iudeorum.
 Et interii hoc ipse ego et princeps grecorum
 cum labore aduersum principem psarum dimicamus.
 Reuoluende sunt veteres historie et consideranda.
 dum. ne forte illud tepus significet. quoniam ipse a
 grecis scriptus fuit. et iuxta editionem vul-
 gata usque ad finem libri vna putetur visio
 quam anno tertio cyri regis apparuit dameli.
 Porro iuxta hebraicam veritatem scripta sunt
 que sequuntur. et scripta ordine posteriori de cuius
 causis super diximus. Non enim sub cyri anno tertio
 sed sub dary primo. qui subicit balthasar.
 narratur ista que scripta sunt. **C**apitulum vi.
Et ego inquit damel ab anno primo
 dary medi stabam ut confortarem
 et roborarem. **E**go inquit damel ab anno
 primo regis dary qui subicit caldeos. et

me de manu inimicorū quātū in se fuit li-
 beravit ob custodia meā etiā lacū leonū
 suo signans timulo ne me adūsary inter-
 ficerent. stabā ante cōspectū dei. et rogabā
 eius clemētiā pro eo qui me diligebat
 ut cōfortaret ul' ipē ul' regnū eius et
 roboraret. Cūq; in orōne p̄sisterē hec
 dno r̄ndente cognoui. Cōsuetudinis est
 autē p̄ph̄tā r̄ repente p̄sonas introduci
 sine ulla p̄fatione iūborū. ut est illud ī
 p̄o l̄casiāno. Cū em̄ rogasset dnm̄ p̄-
 pheta et dixisset. tu es refugium meū a
 tribulatione que circumdedit me. exul-
 tatio mea et ue me a circumdatib; me.
 repete p̄sona dei introduct̄ r̄ndentis.
In tellem tibi dabo et instrua te ī via
 qua ḡdieris. firmabo sup te oculos meos
 Et nūc narra te p̄phetu ab āno p̄mo
 dary medi stabā et deprecabar. ut con-
 fortaret et roboraret eius ip̄erū. deus
 repente r̄ndit. **E**t nūc v̄itate annūtiabo
 tibi. **E**st q; sensus. Quia vis nosse de
 p̄sarū regibus qd futurū sit. audi ordies

rerū. et ausculta qd' queris. ¶ **E**t ecce adh
 tres reges stabūt in p̄side et q̄rtus dita
 bit opibus nimis sup̄ oēs. et cū invalu
 erit dicitis suis. cōtatabit oēs aduersū
 regnū grecie. ¶ **Q**uatuor reges post
 cyrū dicit in p̄side suū recturos cābyse
 filiū cyri. et conerden magnū qui pan
 taptē filiā cābysen duxit uxore. Qui
 cū a septē magis fuisset occisus. et in
 loco eius darius suscepisset imperiū.
 eadē pantaptes nupsit dario. et ex eo
 xerxen filiū genuit. Qui potētissimū
 rex et ditissimū adūsū greciā inuabi
 le duxit exercitū. et ea gessit q̄ grecorū
 narrauit hystorie. Succendit em̄ athe
 nas sub p̄ncipe callia. bellūq; eo tempe
 gestū est in themopol. et apud salaminas
 nauale certamē qm̄ soffocles et erupides
 clari habebāt et themistocles in p̄sas
 fugiens hausto tauri sanguine perijt.
 Frustra igit quidā darū regē quartū
 qui ab alexandro supatus est. scripsit.
 q̄ nō q̄rtus s̄ q̄rtus dertimus post cyrum

p̄sarū rex fuit. quē septuō ip̄erij sui āno
 et signavit et occidit alexander. Et no
 tandū q̄ quatuor post cyrū regibz p̄sarū
 emiatis. nomine p̄terierit et t̄nsierit ad
 alexandru. Nō em̄ curā fuit sp̄u p̄phali
 historie ordine sequi. s̄ p̄clara queqz p̄
 strige. **Surgit vō rex fortis et dñabit**
pr̄ate mlta. et faciet qd̄ placuerit ei.
et cū steterit cōteret regnū eius. **P̄**
 sp̄icue de magno alexandro rege mace
 donū loq̄tur qui philippi filius fuit. hic
 em̄ illius tr̄cabusqz sup̄atis m̄ta ḡra
 thebisqz subūsis tr̄siuit in asiam. et
 fugatis dan̄ ducibus in b̄sardis cepit
 Posteaqz c̄pta india et urbe alexan
 dra condita. cū triginta et duos etatis
 habet ānos. et duodermū āmū ip̄erij
 in babilone veneno perijt. **Et diu**
det in quatuor v̄tos celi. et nō i posteros
eius. neqz scdm̄ pot̄riā illi q̄ dñatus
est. **P̄** Post alexandru in quatuor v̄tos
 celi. orientē vidēz et occidentē. meridie
 et septentrionē regnū illius diuisū ē.

In egypto em̄ p̄m̄ reḡiuit p̄tolomeus
 lagi filius. id̄ merid̄. In macedonia
 philippus qui et aridens fr̄ alexandri. id̄
 ad occidentē. Sine et babilonis et sup̄ior̄
 locorū selencus qui n̄tinor. id̄ ad oriētē
 asie et p̄tice ceterarūq; in ipsa plaga
 p̄nitiarū antigonus. id̄ ad septentrionē
 Hoc sc̄dm̄ totius orbis plagas dicimus
 Cerevū q̄ in iudea est. ad aq̄lonē syriā.
 et ad meridiē egyptū habet. Qd̄ autē
 ait. sed nō in posteris eius. hoc significat.
 qz̄ liberos nō habuēit. sed regnū ip̄ius
 in alienos laceratū sit. excepto fr̄e phi
 lippo q̄ macedonas tenuit. Neq; secūdu
 potētia illius qua d̄natus est. Diuisū
 em̄ in q̄tuor ptes regnū imbecille fuit.
 dū adūsū se dimicat et intestino furore
 bachant. Lacerabit em̄ regnū eius etiā
in externos exceptis hys ¶ Dixerit igna
 q̄tuor macedonie asie. sine egypti. etiā
 in alios obscuriores et minores reges.
 macedonū regnū laceratū est. Significat
 autē perdicam et traxeron et lissimachū

Na apadotia et armenia bithymia et
 heraclia bosphoruz et alie pūne de
 ptate macedoni recedentes diuos sibi reges
 constituerūt ¶ Et confortabit rex austri

¶ Ptolomeū induit lagi filiū q̄ p̄mus
 reguit in egypto. et vir prudētissim⁹
 fortissim⁹ ac ditissimus fuit. et tante
 potētie ut p̄rū regē egyptiarū expul
 sū restituet in regnū Cyp̄rūq̄ optinuit
 ac fenicē. et victo demetrio filio antigoni
 seleuco regni sui partē que ab antigono
 fuerat ablata restituet. Itariāq̄ obtinet
 et multas insulas urbesq̄ ac regiones de
 quibus nō est hui⁹ typis scribē. Idcirco
 autē cetera regna dimittens macedoniā
 videlicet et asiē. t̄m de egypti et syrie
 narat regibus. q̄ in medio iudca posi
 ta nūc ab illis. nūc aō istis regibus te
 nebat. Et sequitur scē p̄positū est. nō
 externā absq̄ iudeis hystoriā texere.
 sed eā que isrl̄i p̄plō copulata est ¶ Et
de p̄ncipibus eius p̄ualebit sup̄ eū
et dñabit ditione. Alia em̄ dñario e⁹

Ipsē est ptholomeus phyladphus scdē
 rex egypti filius ptholomei supioris sub
 quo septuaginta iter ptes alexandrie scriptū
 scdm in grecū dicūt vertisse smone. Qui
 et elegavit pōntifici mlta theosolimā et in
 tēplo donaria vasa tūsmisit. Cuius bibli
 othecē p̄fuit demetrius phalere. **I**de ap.
 grecos orator phs. tūteq; potencie fuisse
 narrat. ut ptholomeū p̄cēm vinceret.
Narrant em̄ historie habuisse eū peditū
 ducēta milia. equitū viginti milia. cū
 vō duo milia. elephantos q̄s p̄m^o adduxit
 ex ethopia q̄ dormigeros. naues longas q̄s
 liburnas vocāt. mille quingentas. alias ad
 cibaria militū deportāda mille. auri q̄
 et argēti pondus grande ita ut de egypto
 p̄ singulos ānos quatuordecim milia argēti
 et octingēta talenta auri acciperet. et fir
 menti artabas que mēsurā tres modios
 et tria p̄te modij habet. quiquies et
 decies centena milia. **E**t post finem
 ānorū federabūt. **S**ive ut theodotio iter
 p̄tatus est. Et post ānos illius cōmiserūt.

Filiaq; regis austri veniet ad regē aq;
 lome facē amicitia. et nō obtinebit for-
 titudine brachij. nec stabit semen eius.

Et tradet ipā et qui adduxerūt eā iuuenes
 eius. et qui cōfortabant eā in temporibz

I Dmū syrie regnavit ut dicitur seleucus
 cognomēto micanor. sedūs anthiochus
 qui appellatus est sother. tertius et ipse
 anthiochus q̄ appellatus est theos. idē dē.

Iste adūsū ptholomeū philadelphū. qui
 sedūs impabat egypto gessit bella qm̄
 phurā et torius babilonis atq; orientis
 vrbibus dmicavit. Volens itaq; ptho-
 lomeus philadelphus p̄ multos ānos
 modestū finire certamē. filiā suā bero-
 nicē anthiocho vxorē dedit. Qui de p̄ore
 vxore noīe laodice habebat duos filios.
 seleucū. qui cognōriatus est callinitus
 et alterū anthiochū. Deduxitq; eam
 usq; pelusū. et infinita auri et argenti
 milia dotis noīe dedit. Vñ pheriopho-
 rus dotalis est appellatus. Anthiochus
 autē beronice cōsorte regni habē se dicit

et laodiceam in concubine locum. Post non
 multum tempore amore superatus. laodiceam cum
 liberis suis reduxit in regiam. Que me-
 tuens abiguit unum animum ne beronice
 reducat. unum per ministros veneno iter
 fecit. Beronice autem cum filio qui ex an-
 thiocho natus erat. itandionem et generum
 antiochie principibus occidendum tradidit.
 filiumque suum maiorem seleucum callinicum
 in patriam locum regem constituit. Et hoc est
 quod nunc dicitur. post multos annos phylome-
 philadelphus et antiochus theos fa-
 cient alicuias. et filia regis austri-
 id est phylomei venit ad regem aeglonem
 id est ad antiochum. ut iter patrem et unum
 iugum alicuias. Et non potuit obtine-
 re inquit. nec seminem eius stare in regno
 syrie. sed ipsa beronice et que eam addux-
 erunt interficient. Rex quoque antiochus
 qui confortabat eam. hoc est propter que potuit
 pualis veneno uxoris occisus est.
 Et stabit de gemmine radicem eius
 platatio et venit cum exercitu magno

et ingreditur ²pruina regis aqloms et
 abute² eis et obtinebit insuper deos
 eorum et sculptilia. Vasa quoq; piosa
 argenti et auri captiua duet i eternu.
 Ipse pualetur ad usum regis aqloms.
 et intrabit in regnu rex austri. et reu
 tetur ad terram suam. **C**ausa beronica et
 mortuo ptholomeo philadelpho patre
 eius in egypto. fr² eius et ipse ptholome
 us cognometa euergetes tertius successit
 in regnu. **D**e plantatione et de germine
 iudicis eius. eo qd eet ignominus venit
 cu magno exercitu. et ingressus ²pruina
 regis aqloms. id est seleuci cognomento
 callitimi. qui cu matre laodice regnabat
 in syria. et abusus est eis et obtinuit.
 in terram. ut syria caperet et cilicia super
 oresq; ptes tunc eufraten et ppe modum
 vniuersa asiam. **S**icq; audisset i egypto
 seditione moueri diripiens regnu
 seleuci quadraginta milia talentorum argenti
 tulit et vasa piosa simulq; deorum
 duo milia quingenta. in quibus erant et

ali
 i egyptu

illa que cambyses capta i egypto i pfas
 apportauit. Demq; gens egyptioru
 ydolatrie dedita. q; post multos anos
 deoru eoru simulachra retulerunt eu
 getez eu appellauit. Et syria qd; ipse
 obtinuit. cilicia aute amico suo athio
 cho gubernandi tradidit. et zantippo
 alteri duri puicias trans eufraten
Filij at egyptuocabu et gignabu
multitudine exercituu planoru. et ve
mens pperans et mundanis uertet
et uirtabit. et coquidiet cu robore
eius. et exaltabit. cor eius. **P**ost fuga
 et morte seleuci callimti. duo filij eius
 seleucus cognometo keraynos et an
 thiochus q; appellatus est magnus.
 puocates se ppos spe victorie et in
 uitatione patris. exercitu congregato adu
 su phylomeu philopatore arma uol
 puut. Cuq; seleucus fr maior trio ano
 iper hocisus eet in frigia per dolian
 mytanoru et apatia. exercitus qui in
 syria eet confluit ad anthiochu fratre

eius cognomēto magnū de babilone
 vocavit ad regnū. Et p̄terea nūc
 infert q̄ duo quidē filij p̄vocati sint
 et cōgregaverūt multitudiez et c̄xi
 tū plūmū. sed v̄nus antiochus
 magnus venit de babilone ī syriā.
 que eo tpe tenebat a p̄tholomeo phi
 lopatore filio eūgetis. q̄ q̄t̄us regbat
 in egypto. Cūq̄ puḡisset ad iūsu dūces
 eius. v̄mo a p̄dione theodoti obti
 nuisset syriā. que p̄ suācessionē iā a
 regibus egypti tenebat. in tantam
 venit audaciā cōtepta luxuria philo
 patoris et magicis artib; q̄bus ī ser
 uare dicebat. ut illi egyptijs bellū
 conaret̄ inferre ¶ Et p̄vocatus rex
 austri egrediet̄ et puḡabit ad iūsu
 regē aquilonis. et p̄parabit militu
 dīnē m̄mā. Et dabit̄ m̄l̄tudo in
 manus eꝯ. et capiet̄ m̄l̄tudo m̄
 exaltabit̄ cor eius. et dicit̄ m̄l̄tā mi
 lia. sed nō p̄ualebit ¶ P̄tholomeus
 em̄ cognomēto philopator amissa

Syria p̄ditione theodoti cōgregauit plurimā
 militudine egressus est ad ius anthiochi
 magnū quē nūc regē aqlonis vocat iux
 sitū egypti a iudea p̄uita. Item vero
 locus pro q̄litate regionis alteri ad austrū
 alteri ad aqlonē situs est. Verbi gratia
Si de iudea dicant egyptiis ad aqlonē
 syris ad austrū est. In isto ergo certamine
 iuxta oppidū raphie qd̄ in foribz egypti
 est. oem anthiochus amisit exercitū. et p̄
 desertā fugiens pene captus est. Cūgressi
 sset syriā ad extremū fedare quibusdā
 cōditionibz pugna finita est. Et hoc est
 qd̄ scriptura nūc dicit. deiciet milia milia
 p̄tholomei philopator. si nō p̄ualebit.
 ad ius suū cape nō potuit. **Q**uā seq̄t̄
Et cōiuetur rex aqlonis et p̄parabit
militudine mlto maiore q̄ prius et in
sine t̄p̄m̄ auzorū veniet. p̄perans cum
exercitu magno et opibus nimis. Et in
t̄p̄ibus illis multi cōsurgent ad ius regē
austrū. Anthiochi magna significat
 qui cōcepta philopatoris p̄tholomei

em

ignavia eo qd' deperiret agathoclen p sal
 triam frimq; eius. et ipm agathoclen
 habet concubinu. que postea duce egypti
 constituit. incredibile de signoribz babyloni
 mis locis exercitu congregavit. et ptholomeo
 philopatore mortuo adusu filiu eius. q
 tuc erat qtuor annoru et vocabat' ptholo
 meus ephiphane rupto federe movit
 exercitu. Tante at dissolutionis ac superbie
 agathocles fuit. ut subdite p'us egypti
 p'nuere rebellaret. ipaq; egypti seditionibz
 veraret. Philippus q; rex macedoni et
 magny anthiochus pace facta. adusu
 agathoclen et ptholomeu ephiphane
 dimittant. sub hanc conditione ut prias
 ciuitates regno suo singuli ablatas ptho
 lomeo iungeret. Et hoc est. qd' nuc dicit.
 ml'tos consia qe adusu regē austri. ptho
 lomeu salz ephiphane q' erant erate p'ueili
¶ filij q' p'uaricatoz ppli tui extollerentur
 ut impleant visionis et corrurent. ¶ Magna
 tibus tota se magno anthiocho et ducibz
 ptholomei. in medio iudea posita i g'ra

studia semidebat. alijs antiocho. alijs ptho-
 lomeo fauētibus. Demq; omnes sacerdotes
 affūctis iudeorū plurimis fugit in egyptū.
 et a ptholomeo honorifice susceptus. accepit eā
 regionē que heliopolis vōbat̄. et cōcedente rege
 templū extruxit ī egypto simile templo
 iudeorū qd̄ p̄māsit vsq; ad iperū
 vespasiani. ducentis quingenta ānis. Ip̄a
 at̄ vrb̄s q̄ vocabat̄ omie. dimicātibz postea
 ad usū rōnos iudeis. ad solū vsq; deleta
 est. et neq; vrb̄s neq; templū restat vestigiū.
 Sub occasione igit̄ omie pōtifis infimta
 exanimā iudeorū ad egyptum cōfugerūt eo
 tpe. et cyrenorū mltitudine repleta est.
 Assēbat em̄ omias ysauē vaticinū implē
 scībentis. erit altare dñi in egypto. et
 titulus dñi in terminis eius. Et hoc est qd̄
 nūc dicit filij p̄uaricatorū ppli tui. qui
 legē dñi reliq̄rūt volentes ī alio loco
 p̄terq̄ visū erat. deo victimas imolare.
 extollētur in supbiā et vitionē. hoc est
 p̄ceptū dei se implere iactabūt. Sed corruent.
 q̄ templū et vrb̄s p̄da dēstet.

Cūq; anthiochus teneret iudeā missus
scopas aeptholi filius dux ptholomei.
Pti adūsū anthiochū fortit̄ dmnicauit.
reptiq; iudeā et optimates ptholomei
partū seclī adducens in egyptū rūsus est.
Et veniet rex agloms et cōportabit ag
gerē. et capiet vrbes munitissias. Et
brachia regis austri nō sustinebit. Et
cōsurgēt elī eius ad resistendū. et non
erit fortitudo. Et faciet veniens super
eū iuxta placitū suū. et nō erit q̄ stet
cōtra facē eius. Et stabit ī t̄ra melita.
et cōsumabit in manu eius. **A**nthioch)
em volens recupare iudeā et syrie vrbes
plurias. scopā ducē ptholomei iux̄ fōtes
acedanis. ubi nūc pamas cōdita ē victo
certamine fugavit. et cū decē milib; ar
matū obsidet clausū sidonē. Ob quē
liberandū misit ptholome; duces iclitos
aerōz et menocleam et damoxem. sed
obsidione solūc nō potuit. donec fame
supatus scopas man; dedit. et iudus in
sorcis dmnissus est. Qd̄ aut. cōportabit

aggerem illud significat. q̄ p̄fidium s̄cpe i
 arte iherosolimorum antetibus iudeis
 milio tpe oppugnauit et cepit. et alias
 iubes que p̄us a p̄tholomei p̄tibz tene
 bant. syrie cilicie et lucie. eo tpe capte
 fut. asiodesias et solee et sopliron. et
 mallus et anemoruu et selemis et co
 rocesiu et coritus et andrate et lumna
 et patera. et samethus. et ad extremu
 ephesus. De q̄bus vniuersis et greca et
 romana narrat historia. Qd̄ q̄ intulit
 stabit in t̄ra inclita et cōfirmet siue p̄fi
 ciet in manu eius. t̄ra inclita. septu
 aginta it̄r p̄tati sūt volūtatis. hoc ē
 que cōplacbat deo. iudea significat.
 et p̄x̄ie ih̄rlm̄ i quā honorifice suscepty.
 eos qui p̄cū s̄cpe erunt p̄serutus est.
 Pro t̄ra inclita. qd̄ int̄p̄tatus est aquila.
 que nos in hoc loco seruti sumus. thes
 dotio ip̄m̄ hebraicu ubi posuit sabur
 pro quo symachus v̄tit t̄ra fortitudis.
C Et ponet facie sua ut veniat ad te
neudu vniuersu regnu eius et recta faciet

cū eo et filium feminarū dabit ei ut auitat illū
Hoc est ptholomeū. Sive illud. id est
 regnū eius. Volens anthiochus non
 solū syriā et ciliciā et liciā et alios pū
 tias que ptholomei fuerūt priū posside.
 sed in egyptū q̄ regnū suū extēdē. filia
 suā cleopatā per euclen rhodium vi.
 āno regni adolescenti despondit ptholo
 meo. et tertio decimo āno tradidit. data
 ei dotis nomine in selestria et iudea filiaz
 aut feminarū p pleonasmo vocatus est.
 ut illud poetū sit ore locutus ē. voceq̄
hinc auribus hausi. ¶ Et nō stabit nec
illius erit. et cōter facie suā ad isulas.
et capiet mltas. Et cessare faciet prin
cipe olympū suū. et olympū egyptū uer
tetur in eū. Et cōtet facie suā ad
aperū tre sue. et ipmget et corruet
et nō iueniet. ¶ Neq̄ em̄ optime potest
 egyptū. q̄ ptholomeus ephiphanes 2
 duces illius sentientes doli. se raurū
 egerūt. Et cleopatra magis vni ptes
 q̄ parētis fauit. Unde vertit se ad asia

et nauali certamine adusu plurimas insulas
 diuincans cepit rodum et sacrum et colopho
 na et photea et alias multas insulas.
 Sed occurrat ei scipio nasica cum fratre suo
 publico scipione affricano qui hantibale
 uicerat. Cum enim consul nasica frater affricanum
 audieris eum inuenire. et contra regem
 potentissimum senatus ei nollet bellum esse.
 spontanea legatione obtulit affricanum
 pro fratre iniuria. Dicitur ergo antiochus
 interire regnare iussus est. et inde fugit in
 palamiam et susam. et ad ultimas regni
 sui penetrauit urbes. Inque adusus et inuicos
 pugnet. cum omni deletus est exercitu. Et hoc est
 quod nunc septimianus dicit. quod multas insulas
 cepit et vincere romano regni asyria perdidit
 et obprobrium eius conuersus sit in caput eius.
 et ad extremum de asyria fugiens reuersus sit ad
 imperium terre sue. et impigerit atque conuenit.
 et locus illius non sit inuentus. **Et stabit**
in loco ipsius uilissimae et indignae diuore
regio. et in paucis diebus ceteris neque in
finore nec in plio. Deleuam dicit cognomine

mento philopatore filium magni antiochi
 qui dignum in syrie et p[ar]tibus iherosolymorum
 et absq[ue] ullis p[ar]tibus in gloriam perijt. Por
 to porphyrius huc no[n] vult ee seleuco u[el]
 sed ptholomeu[m] ephiphane qui seleuco
 fit molitus insidias et adu[er]su[m] eu[m] ex[er]citu[m]
 sp[er]avit. et idcirco veneno sic iter suu[m]
 a duobus suis. Quid cu[m] unus ab illo q[ue]r[er]et
 tatas res moliens ubi habet pecunia.
 r[es]pondit annas sibi ee dicias. Quid cum
 divulgatu[m] est in p[ro]p[ri]os. timueru[n]t duces
 ne auferret eoru[m] substancias. et idcirco
 maleficis artib[us] eu[m] occideru[n]t. S[ed] q[ui]mo
 pot[est] in loco magni antiochi stare ptho
 lomeus. qui hoc o[mn]ino no[n] fuit. maxie
 cu[m] septuaginta na[m]pretati sunt et stabit
 de radice eius platanio. id[est] de germine
 ei[us] et semine p[ro]cipiens dignitate iherosolymorum
 et in paucis diebus coteret[ur] absq[ue] tra
 et p[ro]p[ri]o. Hebrei vilissimu[m] et indignu[m] de
 core regio triphon[em] intelligi voluit qui
 tutor pueri ar[ist]oc[ra]t[is] tyrandem. **E**t
 stabit in loco eius despicuus. et no[n] t[er]ruet

ei honor regius. et ueniet clā et obtinebit
 regnū in fraudulētia. **H**ucusq; hystorie
 ordo sequitur. et iter porphireū ac nos nullā
 cōtēnio est. Cetera q̄ sequit̄ usq; ad finē
 uolūis. ille interpretatus est sub p̄sona athi
 ochi qui cognouit se ephraphanes fratre
 seleuci filio anthochi magni q̄ p̄ seleucū
 undeci ānis regnauit in siria. obtinuitq;
 iudeā sub quo legis dei p̄secutio et marti
 beorū bella nariūt. **V**iri autē hec oīa de
 antep̄o p̄phetari arbitrat̄ qui ultio temp̄e
 futurus est. Cūq; eis uideat̄ oppom̄ quare
 tātos in medio reliquit sermo p̄pheticus.
 a seleuco usq; ad cōsumationē mūdi. n̄
 detur. qd̄ et in p̄ori hystoria ubi de regi
 bus p̄ficiis dicebat̄ q̄tuor reges tantū
 post tyrū p̄sariū posuūt. et multis in
 medio t̄nsilitis repēte uenit ad alexan
 driū regē macedonū. et hanc eē s̄pturē
 s̄re cōsuetudinē nō uniuersa narare. sed ea
 que maiora uidet̄ exponē. Cūq; multa
 q̄ postea lectū et expositū sumus. su
 peret anthochi p̄sonā. typū uolunt̄

ee antixpi. et que in illo ex pte pesserit.
 in antixpo ee toto ee coplenda. et hinc
 ee more scripture scē. ut futurorū vitatē
 pmitat in typis. iuxta illud qd de dno
 saluatore in septagesimo psalmo dz. q
 pnotat in salomone. et oia que in eo
 dicūt salomoni nō videt cōuenire. **N**eg
 em pmanfit ille cū sole et ante lunā
 generatois generationū neg dnatus
 est a mari usq; ad mare et a flumine
 usq; ad trōs orbis tē. **N**ec omēs gēt es
 ei seruierūt. nec ante solem pmanfit
 nomē eius. nec bndctē sūt in ipso omēs
 tribus tē. neg oēs gentes magnificauē
 rūt eū. **E**x pte autē et qsi in vmbra
 et ymagine veritatis in salomone p
 missa fuit. ut in dno saluatore pfectiq
 iplerent. **S**icut igit saluator habet
 salomone et ceteros scōs in typum
 aduētus sui. sic et antixpus pessimu
 regē anthiochū. q scōs psecutus est
 templūq; violauit. et tē typū suum
 habuisse credendus est. **S**equitur igit

expositoris ordine. ut iuxta utriusque expo-
 sitione quod ad usum. quid miris videat
 breuiter annotemus. **D**abitur inquit in loco
 seleuci frater eius antiochus ephiphaneus.
 cui primum ab his qui in Syria ptholomeo
 fauebant non dabatur honor regius. sed
 postea simulatione clementie obtinuit
 regnum syrie et brachia pugnatu ptho-
 lomei et vniuersa vastatis expugnata
 sunt a facie antiochi atque contrita. **B**ea-
 chia autem fortitudine vocatur. **U**nde et
 manus appellatur exercitus multitudo. **E**t
 non solum aut ptholomeum dicitur in scru-
 duloria. sed dicitur quod federis hoc est
 iuda machabeum superauit dolus. **S**ive
 quod dicitur hoc est. cum ipse optulisset pacem
 ptholomeo et fuisset dux federis. **P**ra-
 ei esset molitus insidias. **P**tholomeum
 autem hic non ephiphane significat quod quibus
 regit in egypto. sed ptholomeum phi-
 lometore filium cleopatre sororis antio-
 chi. cuius hic auunculus erat. **E**t cum
 post mortem cleopatre eulafius vinuchus

nutritus philometoris. et leneus egypti
 tu regeret. Syriaque repeteret. qua atheni-
 ochus fraude occupauit. ortu est inter
 amicum et puerum philometem plium.
 Cuius iter pelusium et motu cassium plium
 commississent. victi sunt duces philometem.
Porro antiochus puero auctas simul
 lans ascendit memphis. et ibi ex more
 regni egypti accipiens. pueri rebus
 fraude se dicens cum modico populo omnem
 egyptum subuincit. et habundantes atque ubi-
 rimas ingressus est citates. fecitque que
 non fecit patris eius neque patris illius.
Nullus enim regni sibi ita vastauit
 egyptum. et omnes eorum dissipauit diuitias.
 Et tam callidus fuit. ut prudentes cogi-
 tationes eorum que duces pueri erant.
 sua fraude subiret. **H**ec porphyrius
 sequens scutorum sermone licetiosissimo
 persecutus est. que nobis in impedio dicitur
Nam autem et melius interpretatur et iude-
 us. qui in fine mundi hec sit factururus
 antyphus. qui consurgere habet de modua

gente id est de populo iudeorum et tunc humilis e-
 rit atque despectus. ut ei non detur honor
 regis. et per insidias et fraudulentiam
 obtineat principatum. Et brachia pug-
 nantis romam expugnet ab eo et cetera
 revertatur. Et hoc faciet. quod simulabit se esse
 ducem federis. hoc est legis et testamenti di-
C Et ingredietur iherosolimam. Et fa-
 ciet que non fecit pater eius et pater patris
 illius. **N** Nullus enim iudeorum absque auxilio
 in toto neque orbe regnavit. **E**t contra fir-
 missimas cogitationes imbit consilium. facietque
 universa usque ad tempus. **D**onem enim dei
 voluntas ista facere permiserit. **E**t cetera
 fortitudo eius et cor eius aduersus regem
 austeri in exercitu magno. Et rex austeri
 invocabit ad bellum milites auxilios et
 fortibus minus. et non stabunt quod ubi
 aduersum eum consilia. et comedentes panem
 cum eo coterent illum. exortusque et oppime-
 tur. et cadent iter facti eius plurimi.
Hec porphyrius interpretatur de antiocho
 isto qui aduersus ptolemeum sororis sue

filium perfectus est in exitu magno. Sed et
 rex auster. id est duces ptholomei quibus
 ad bellum militibus auxilijs et foribus nimis.
 et non poterunt resistere antiochi consilijs
 fraudulentis qui simulavit pacem cum
 sororis filio et comedit cum eo panem. et
 postea occupavit egyptum. **N**ri autem
 secundum porce sensum omnia in parte de antiocho
 qui nascaturus de populo iudeorum et de babilone
 veteris. primum superaturus est regem
 egypti qui unus est de tribus cornibus de
 quibus ante iam diximus. **¶** Quorum quippe regni
cor erit ut male faciat et ad mesem unam
